

90 +

Nr.

1.

2.

3.

4.

5.

6.

7.

8.

9.

10.

11.

12.

13.

14.

15.

| Nr. | Præfides | |
|-----|-------------|--|
| 1. | Hoffmann | De die ac nocte nuptiale. |
| 2. | Grupen | - amoris illecebris. |
| 3. | Carpzov | - nuptiis personarum diverse reli- gionis. |
| 4. | Stryck | Obligatione sponsaliorum & dissolution |
| 5. | Friesen | - intempestivis de sponstationibus. |
| 6. | a Wolzogen | - connubis infantium. |
| 7. | Crell | - ære alienæ uxoris viva ex dote omni- um bonorum. |
| 8. | Chladenius | - jure vidue doarie an sit merces upus fructus. |
| 9. | Eisenhardt | fidei jussoribus dotis. |
| 10. | Hering | Potest retentione in securitatem dotis permisa. |
| 11. | Schroeter | Portione conjugum statutaria. |
| 12. | Gastineller | differentiis bonorum receptio- rum a propriis. |
| 13. | Iraß | arbitrii familie hereditunde |
| 14. | Legener | - equali parentum auxilio |
| 15. | Eminghause | - eo quod iust. circa conventionales hereditatum translationes. |

| Nr. | Præfides | |
|-----|------------|---|
| 16. | Carrack | an alter conjugum testamento renunciare possit unioni prolium. |
| 17. | Streicher | De praestandis legatis in testamento invalido relictis. |
| 18. | Bastinello | - ne post patris conferenda, nisi his auctores sit, non conferente |
| 19. | Krauß | legato in debitum hanc compensatio |
| 20. | Hanaeius | - iustitia filie in potesta gerada materna contra vitriuum. |
| 21. | Crell | - his que familia relictæ sunt |
| 22. | Heister | - pupillæ inter sebstituto herede legitimes principue matrem in pueri excludente. |
| 23. | Crell | divisione nominum interdum necessaria. |
| 24. | Heinhardt | - pacto heredit. renuncio. heredes et frateres non obligante. |
| 25. | Givinus | compensatione inter coheredes |
| 26. | Stieler | an licet obsignare in alieno territorio res hereditarias. |

8

IVS
VIDVÆ DOARIAE
AN SIT
MERVS VSVSFRVCTVS
P R A E S I D E
ERNESTO MARTINO CHLADENIO D

IVRIS FEVDALIS PROFESSORE PVBLICO CVRIAEC
PROVINCIALIS ET FACVLTATIS IVRIDICAE
ASSESSORE

D. XVIII. MART. MDCCLII

F VELICE VENTILABIT
CHRISTIANVS TRAVGOTT PAVLI
MARGLISSA-LVSATVS



VITEMBERGAE
EX OFFICINA SCHLOMACHIANA

LVS
PATER DECATI
MAGISTER UNIVERSITATIS
FIDES MARKINUS CHIARDINI

1717. 10. 10. 1717. 10. 10.
1717. 10. 10. 1717. 10. 10.

CHRISTIANUS GRACIOT TAV
MAGISTER UNIVERSITATIS

1717. 10. 10. 1717. 10. 10.

VIRO
PRAENOBILISSIMO AMPLISSIMO
CONSULTISSIMO QVE
DOMINO
HENRICO GOTTLLOB
MODRACHIO
POTENTISSIMI POLONIARVM REGIS
AC PRINCIPIS ELECTORIS SAXONIS
IN DICASTERIO GOERLICENS SECRETARIO
LONGE MERITISSIMO

PATRONO SVO OMNI PIETATIS CVLTV
VENERANDO



HOC TRACTATUM
SPECIMEN ACADEMICVM

RELIGIOSE OFFERT

CHRISTIANVS TRAVGOTT PAVLI



I V S
V I D V A E D O A R I A E
A N S I T
M E R V S V S V S F R V C T V S

I

 VIDVAM, cui redditus ex bonis mariti, DOTALITII nomine, constitutus est, per compendium appellamus DOARIAM, uoce, quae non Iureconsultis tantum, qui Franciae iura Commentariis suis illustrarunt, ^a sed nostratis etiam, ^b perinde familiaris est, ac ipsum DOARIVM, dotalitii Synonymum. ^c Videlicet, quae

A 3

sint

^{a)} Sic, ut exemplo res illustretur, in RE-NATI CHOPPINI Comment. in Moribus Parisiorum Lib. II. Tit. II. regnat DOARIAE nomen, cui respondeat vox Gallica, la Doairiere.

CHRISTIANVS LEISERVVS *Inr. Georg. Lib. I. Cap. XXXV. n. 39. sequ.* NICOLAUS CHRISTOPH. L. B. DE LYNCCKER *Refp. CXLV. n. 1. et 40. et Resp. CLXXII. n. 1. aliisque.*

^{b)} Frequentant Doariae nomen GOTHOFR.

^{c)} Praeter DOARIVM, uaria dotalitii Syn-



sint DOARII, quae VIDVÆ DOARIAE iura, expositum est a multis, quorum doctrina, rerum, quas tractant, tum ubertate, tum pondere, se quam maxime commendat. Haec ipsa uero rerum ubertas, ut sit, tam uberem dissensibus praebuit materiam, ut uix alia doctrina uberiorem. Ut quidem iretur in partes, potissimum momentum hoc fuit, quod alii, in explicanda doarii indole, decidendisque causis, iura doarii spectantibus, IURIS ROMANI dogmata, SINE TEMPERAMENTO, adhiberent, alii contra, circumspetius agentes, argumentum insuerent maxime ex ipsius GERMANIAE MORIBVS et INSTITVTIS, in excitanda Iuris Romani auctoritate parcí, et cauti. Inde tot opinionum diuortia et pugnae, ut quis facile haesit, quem, in hoc, uel illo, capite, ducem tuto sequatur.

II

VNUM iam caput exsequimur, in quo maxime fluctuati sunt quondam interpres. Nempe, cum dispiçerent, ad quam iuris speciem proxime accederet IUS VIDVÆ DOARIAE, et quo

nyma apud Scriptores occurunt, siquidem Flandris BVARIVM, Franci etiam DOUEUM, Sabaudis et Neapolitanis DOTARIVM et DOHARTYVM, Delphiniatibus SUPERVITAM, in usu est, testis est BENED. CARPOVIVS Resp. Lib VI. Resp. V. u. 7. DOTARIUM Siculos scripsi fidem faciunt Constitutiones et ta-

bulae antiquæ, quae exhibentur in CAROLI DU FRESNE Glossario Med. et Inf. Latin. Tom. II. pag. 1639. Splend. Edit. Monach. Benedict. de a. 1731. DOHERIUS appellationem iterat NICOLAVS BOERIUS Decif XXII. VIDVALITIVM vocat IO. GOTTL. HEINEGGIVS Elem. Iur. Germ. Lib. I. Tit. XI. f. 24L VI.



quo principio, in adornanda doarii doctrina, enodandisque
quaestionibus eo pertinentibus, instar fili, commode uterentur,
multi hoc praesertim agitabant animo, uiduam doariam ha-
bere ius percipiendi fructus ex re mariti, idemque, uiduae
morte, extingui, re doaria redeunte ad mariti successores; esse
uero **VSVSFRVCTVS**, qualem leges Romanae forment, ean-
dem indolem, quod nimirum usufructuarius re aliena utatur
fruatur, eodemque mortuo, ipsa substantia redeat ad proprie-
tarium. Hinc, nec fallere, nec falli, fibi uidebantur, si, ius
uiduae doariae **MERO VSVFRVCTV** absolui, contendenter,
hocque principio confisi, causas **DOARIAS** maxime ex appa-
ratu Romanae doctrinae de **VSVFRVCTV** et illustrarent, et
deciderent. Scilicet in hac interpretum classe agunt quam plu-
rimi Doctores, quorum doctrina, uirtus et fama, superiora
secula nobilitauit. Ex horum numero producimus **BENEDI-**
CTVM CARPZOVIVM, sanctum adhuc in foro nomen. Huius
uox est, iterum iterumque repetita, ^{a)} mulierem in bonis do-
talitiis duntaxat **VSVMFRCVCTV** habere, non **PROPRIETA-**

TEM,

TALITIA. Danis usurpari testatur **AL.**
BERIUS KRANTZIUS Hist. Dan. Lib.
VII. Cap. **XXXV**. quibus respondet
Belgarum uox, LA VIVELOTE, cuius de-
scriptionem ex **BTTELERII** **SUMMA** in-
rati exhibet **RENATVS CHOPPINVS** de
Moribus Parif. Lib. **II**. Tit. **II**. pag. **217**.
sic conceptam. Vivelete est le droit, que

les femmes ont en terres tenues en coterie
apres la mort de leurs marys sur les herita-
ges venans de par eux. Affirmer, que le mary
mort, la laisse joye de tous les heritages
venant du coté du mary, qui sont tenus en
mainférme, si vis durant,

^{a)} **BENED. CARPZOVIVS** **Respons.** Lib. **VI**.



TEM, et, quicquid VSVFRVCTVI conueniat, TVTO DOTA-
LITIIS ACCOMMODARI. Nec satis usum Viro summo, ista
docuisse. Agit boni doctoris exemplo. Quam uiam aliis mon-
strat, hac ambulat ipse. Romana enim dogmata de usufructu
causis doariis adeo tuto accommodat, ut nemo tutius. Tum
etiam, ut doctrinam hanc testium fide muniat, excitat Doctores,
CHRISTOPHORVM ZOBELIVM, MATTHAEVM WESENBE-
CIVM, IOANNEM SCHNEIDEWINVM, et HARTMANNV
PISTORIS, quibus addere potuisset plures alios, qui eandem
sententiam ei praeiuerunt.

III

NEQVE tamen omnibus commodum et tutum usum fuit,
hac uia incedere. Iam, ante CARPZOVIVM, in hac ipsa Aca-
demia, docuit ANDREAS RAVCHBARVS, ^f magis ad DOMI-
NIVM, quam ad VSVMFRVCTVM, accedere ius uiduae doa-
riae. Eadem doctrinam, CARPZOVII aetate, tuiti sunt
NICOLAVS HENELIUS AB HENNENFELD, ^g et NICOLAVS

MYLE-

Refp. LV. n. 4. sequ. Definit. forens. Part. II. f) ANDR. RAVCHBARVS Insign. Quaest. Part.
Constit. XLII. Def. VII. n. 7. Diff. de I. Quaest. XXX. n. 19.
Asyl. debit. Cap. II. Paf. XLI. n. 144. g) NIC. HENELIUS Tract. de Inre dotalitii
Diff. de Inr. Feminu. Singul. Dec. V. Pof. VIII. n. 7. et 9. Cap. VIII. f. 1.

e) Vid. praefertim alleg. Reffpons. LV.

h) NIC. MYLERVS AB EHRENBACH Gr.



MYLERVS AB EHRENBACH,^b quorum uestigia deinde legerunt
NICOLAVS CHRISTOPHORVS L. B. DE LYNCKER,^c CHRI-
STOPHORVS HENRICVS DE BERGER,^d aliquie. Meliorem
uero horum causam esse, ex eo maxime tempore exploratum
est, quo iurisprudentia Germanica caput extollere, iusque pa-
trium, seposito tantisper peregrino apparatu, ex patriis mori-
bus et institutis illustrari coepit, qua ipsa re hoc praesertim se-
culum se commendat. Ingenue agnoscit ingenuus quisque,
quid debeatur praestantissimis uiris, quorum studio et meritis
Ius Germanicum suae luci assertum, eiusdemque capita, quae
facile alienis principiis carere poterant, ex propriis et domesti-
cis deducta. In eo autem capite, quod de DOTALITIO ex-
ponit, laudatissimi illi iuris patrii architecti,^e in idem principi-
um, dotalitium esse quandam DOMINII speciem, uelut ex
compacto, conspirant, iactoque hoc doctrinae doariae funda-
mento, felicissime expediunt plura, quae doarii ius respiciunt,
argumenta.

molog. Cap. X. n. 8.

*i) NIC. CHRISTOPH. L. B. DE LYNCKER
Respons^f CLXXII. n. 1.*

*R) CHRIST. HENR. DE BERGER Select. Iu-
ris Dotalitii Cap. §. 31.*

*D) GEORGIVS BEYERV^g Delin. Iur. German.
Lib. II. Cap. X. Pos. XV. 10. GOTTL.
HEINECCIVS Elem. Iur. Germ. Lib. II.
§. 38. 42. 46. et, qui Rempublicam
ICtorum adhuc ornat, Illuftris 10. RV-
DOLPHVS ENGAU, in Elem. Iur. Ger-
man. Lib. II. §. 89.*



IV

SCILICET, qui, viduam doariam VSVMFRVCTVM MERVM, quem FORMALEM appellant iuris interpretes, et quem in SERVITVTVM numero censemus, habere, contendunt, illi simul, ex regulis VSVSFRVCTVS, partem aliquam PROPRIETATIS, et, quae proprietatis est sequela, potestatem paulo liberius in re doaria uersandi, viduae negant. Vtramque uero negari immerito, duplici potissimum momento edocemur. Alterum est, quod dotalitium regulariter constituatur in locum et compensationem DOTIS, et, si CARPZOVIVM audire uelis, non possit non eadem esse ratio ac iuris dispositio DOTIS et DOTALITII, propter naturam surrogationis, quae diuersitatem respuit.^{m)} Iam uero, cum in DOTE, quoad matrimonium perduret, marito non VSVSFRVCTVS NVDVS, sed quoddam DOMINIVM, sive CIVILE, sive UTILE^{mm)} dicas, tribuatur, relicta uxori dominii parte, male procederet illa dotis compensatio, si uidua, quae maritum rei dotalis DOMINIVM effecerat, quae, pro parte, dotis DOMINA fuerat, nunc, vice DOTIS, DOTALITIO potita, in re PLANE ALIENA uersari, diceretur, eiusque

^{m)} Verba sunt BENED. CARPZOVII Decif. Illustr. LIX. p. 16. Quem sequitur DAVID MEVIUS Part. I. Dec. CLXXIII. n. 5. et. 7. ubi testatur, Phrasim ICtorum et Plaxin fori esse DOTALITIVM sequi

commoda et iura DOTIVM. Nec alieni sunt ab eadem sententia LÜDERVS MENCKENIUS Synops. Pand. Lib. VII. Tit. IX. §. 3. n. 5. et. 10. GOTTL. HEINECCIUS Elem. Irr. Germ. Lib. I. §. 256.



que potestas arctis vsvsfrvctvs limitibus circumscriberetur. Neque uero, quod est alterum momentum, adeo illam circumscribi patitur ius Germanicum, quod VIDVAM DOARIAM comparat VASALLO. Agit uiduae causam textus iuris Saxonici: "Ein jeglich Mann (vasallum intellige) mag sein Gebeu wohl bessern und ergern auf seinen Lehn, wider seines Herrn Willen, ALSO mag eine Frau auf ihrer Leibzucht auch wohl thun. Quae uerba luculenter declarant, ius et potestatem, quam VIDVA DOARIA habeat, proxime ad illam accedere, quae competat VASALLO. Imo ipsum uiduae DOMINIVM agnoscunt haec uerba: "Am Leben bey des Mannes Leben haben sie (die Frauen) allein ihr Geding, und nach seinen Tode so ist dann erst daran IHR RECHT LEHN zu ihrer Leibzucht. Quo etiam pertinet textus Iuris feudalis Alemanni: "EIGNET ein Mann sein Lehn mit seines Herrn Hand, und mit seiner Lehns-Erben willen, darum DASS ES SEINER FRAUEN WERDE, ubi uerba, das Lehn der Frauen eignen, idem denotant, ac dotalitium constitvere, quod intelligitur ex uersione Latina: Si Vasallus in feudo suo DOTALITIVM constituit, cum consensu Do-

mm) Dominium mariti, quod in dote habet, VITLE uocant GEORG. BEYERVS De-fin. Inv. Germ. Lib. II. Cap. X. Pos. XIV. et HENR. A ROSENTHAL Tr. Iuris Fend. Cap. X. Concil. V. n. 2.

n) IUS SAX. PROV. Lib. II. Art. XXI.

o) IUS SAX. PROV. Lib. III. Art. LXXV.

p) IUS FEVD. ALEM. Cap. LXIV.



mini et heredum feudalium, ita ut VXORIS FIAT. Per uxorem, eignen, id est, proprium dare, appropriare, speculator non obscure innuit, PROPRIETATEM quandam in uxorem transferri per dotalitii constitutionem. Imo, quod miseris, ipse CARPZOVIVS, qui doariae nihil, nisi VSVMFRVCTVM, relinquit, alio loco ingenue agnoscit, NIHIL ALIVD dotalitio magis simile et affine excogitari posse, quam FEVDVM. At, in feudo PARTEM PROPRIETATIS Vasallo competere, eamque DOMINII VTILIS ambitu comprehendendi, notissimi iuris est. Eandem igitur ut etiam doariae tribuamus, et ipsa res suaderet, et suadere uidetur CARPZOVIVS. Sed Vir summus nec hanc argumentationem admittit. Ut illam elidat, pergit in comparatione iurium. Nihil, ait, similius esse VSVMFRVCTVI, quam FEVDVM, utpote quod, in textu Longobardico, per VSVMFRVCTVM definiatur, idemque, quod de VSVMFRVCTV, dicendum esse de FEVDO. Quid roboris habeat haec doctrina, facile intelliget, qui feudi perspexerit indolem. VSVMFRVCTVM quidem Vasallus habet, at non FORMALEM illum,

9) Vid. IO. SCHILTERVS Comment. ad Ius Feud. Alem. Cap. LXIV. §. 1.

t) II. F. 23. in fine.

10) BENEDI. CARPZOVIVS Defin. Forens. Part. III. Conf. XVI. Def. VI. n. 6.

11) Hinc, quid IUS VASALLI ab VSVMFRVCTV ROMANO differat, copiose explicant interpres iuris Feudalis. Conf. GEORG. ADAM. STEVVI Synt. Inr. Feud. Cap. II. §. 3. n. 3. et SAM. STRY-

12) IDEM loc. cit. n. 13.



illum, qui PROPRIETATEM excludit, et SERVITVTIS nomine in Iure Romano uenit, " sed CAVSALEM, ut uocant, cuius causa est quaedam rei PROPRIETAS, et qui DOMINII VITALIS appellatione continetur.^v Vnde argumentum ab VSFRVCTV ROMANO ad IVS VASALLI itidem minus tutum, ut ad IVS DOARIAE. Sic igitur res definienda uidetur, IVS VIDVAE DOARIAE non in MERO et NVDO^w VSFRVCTV consistere, sed esse DOMINII, inter doariam et mariti successores diuisi,^x illam PARTEM, quae utilitatem rei secum ferat, et, si VSVMFRVCTVM dicere uelis, ut dicunt multi interpretes, omnino accurati, dicendum esse eodem sensu, quo tum IVS VASALLI, tum alias DOMINII VITALIS species, VSVMFRVCTVM dixere nostri maiores, sensu, qui ab VSFRVCTV ROMANO plane alienus.

V

NIHIL est, ut quis sspicetur, logomachiam subesse. Tanti uere est, ut expediatur, in qua iurium classe censendum sit IVS VIDVAE DOARIAE. Plurimas quaestiones doarias fa-

B 3

cilius

^{vii} Ex. Iur. Feud. Cap. II. Quaest. XIV. ^w) Teffis est LUDERVS MENCKENIVS Syn.

^g) Videlicet omnes VITALIS DOMINII species, VSFRVCTVS appellatione, maiores nostri comprehendebant, quod fute tractat GEORG. BEYERS Delin. Iur. Germ. Lib. II. Cap. X.

Pand. Lib. VII. Tit. IX. §. 3. n. 5. uiduam merito pro NVDA VSFRVCTV ARIA non agnoscit.

^x) Vid. Illustris IO. RVD. ENGAU Elem. Iur. Germ. Lib. II. §. 89.



cilius quis diluet, si, ex mente iuris Germanici, uiduae DOMINIVM V T I L E tribuat; difficilius uero, si, ex peregrina doctrina, merum V S V M F R V C T V M. Iuuabit, argumenta quae-dam, ex iure doarii depromta, excutere, ut appareat, quid inter sit, si quis uel hac, uel illa, via incedat. Finge, in instrumento dotali de doario cautum, et a marito praedium, quo uxor, si uidua facta, frui debeat, assignatum esse. Mortitur maritus. Vidua, impatiens morae, praedii doarii possessionem apprehendit, insalutato quidem mariti herede. Heres, aegerrime rem ferens, queritur, pro tribunal, de illata sibi iniuria, quae uel amissione iuris, uel alia coercitione, uidetur luenda. An bona heredis causa? Qui, uiduae doariae ius V S V F R V C T V M E R O absolui, contendit, is facile inueniet, quod heredi patrocinari videatur. Patrocinari uidebitur doctrina Romana, usumfructum relictum ab herede petendum esse, eundemque ab usufructuario perperam occupari, potius occu-

pantem

g) Hoc doarium, quod FACTO coniugum constituitur, CONVENTVM, sive FACTIZIVM, vocant Doctores. Galli audit le Doinaire prefix LEGITIMVM dicunt, quod, post mortem mariti, ab eius successor constitutur, ut legis seu consuetudinis, ex qua debetur uiduae doarium. Galli vocant le Doinaire contumier, quod eleganter exponit RENATUS CHOPPINVS de Moribus Parisi. Lib. II. Tit. II. n. 16. sequ.

e) Est doctrina VLPIANI in L.I. §. 2. et 8.

D. Quod legatorum.

a) L. XIII. D. Quod metus causa.

b) Imo interdum, licet abusiva inuestitura non facta, ex SOLA EXPECTATIVA, potestas apprehendendi feudum competit, si nempe haec concepsa, speciali pacto. Illustre omnino exemplum reparatur in INSTRUMENTO FACIS WESTPHAL. Art. IX. §. 4. ubi Electori Brandenburgo, in casum, si Archiepiscopatus Mag-



pantem ad restituendum compelli; ^a deinde neminem sibi ipsius dicere posse, sed, qui dicat, excidere iure suo, ^c ut reliqua transeamus. Nihil contra praesidii habebit heredis causa, si, uiduae doariae potius ius, quam MERVVM VSVMFRVCTVM, nempe DOMINIVM VTILE, competere, agnoscas, illiusque potestatem aestimes ex ea, quam habet VASALLVS. Vasallo, si dominus directus illi, per aetum inuestiturae abusivae, ^b feudum assignauerit, non denegatur licentia, feudi possessionem apprehendendi, nec illud recipere tenetur ex manu eius, qui ultimi Vasalli heres. Videlicet dominus, cum eum in Vasallum recipit, iusque feudi ei cedit, eo ipso DOMINIVM VTILE, suo modo, ^d transfert, simul ipsam, rem apprehendendi, potestatem uidetur concedere. Idem fere dicendum de DOARIO. Nempe maritus, ubi, fundum doarium uxori ASSIGNANDO, IUS DOARII constituit, eo ipso quandam PROPRIETATEM, ^{dd} cuius modo effectus et exercitium in ca-

sum

deburgensis, Administratoris AVGVSTI obitu, vacaret, concessum ius apprehendendi possessionem vacantem, PROPRIA AVCTORITATE.

^{c)} MODESTINVS PISTORIS Part. I. Quæst. XIX. n. 3 et IACOBVS SCHVLES ad eius Quæst. V. n. 14. GEORG. ADAM. STRVVIUS Synt. Iur. Feud. Cap. VIII. f. 5 n. 1. et f. X. n. 2. CASP. HENR. HORNIUS Inrisprnd. Feud. Cap. XIII. f. 3. et 13.

^{d)} Sic cauto CASP. HENR. HORNIUS loc. cit. f. 7. cum quo sentit NIC. CHRIST. L. B. DE LANCKER in Analectis ab HORNIO f. 3. allegatis.

^{dd)} Hinc subinde occurrit in padis doraliibus, maritum rei doariae PROPRIETATEM in uxorem transfilisse, rem PROPRIAM dedisse, ius PROPRIVM concessisse. Licer tantum concederetur ad dies uitae aut uiduitatis. Exemplum recenser IO. GOTTL. HEINECCIVS Etym. Iur. Germ. Lib. II. f. 38.



sum uiduitatis suspenditur, in eandem transfert, ipsamque potestatem, fundum doarium apprehendendi, illi tribuisse uidetur, in casum, si uidua facta.^f Hinc uidua, quae post mortem mariti, propria auctoritate, doarii sibi constituti possessionem apprehendit, **VASALLI** exemplo, non peccat, nec herediti iniuriam facit, sed utitur **IVRE** **SVO**, quod illi asseritur non modo Doctorum consensu,^g sed etiam **FORI** **VSV**, de quo testem producimus, omni exceptione maiorem, nempe Serenissimum Legislatorem Saxonem, **AVGVSTVM**, qui, in peculiari Constitutione, testatur, uiduam, uti dotalitium **PROPRIO** **IVRE** acquirat, ita etiam **PROPRIA AVCTORITATE**, et **INSCIIS HEREDIBVS**, illud occupare posse, extincto marito. Id saltem lege publica definiendum censet Sapientissimus Princeps, ne id occupet ante tricesimum. Pertinebit ad illustrationem quaestionis, ipsa audiuisse Constitutionis uerba:^b *Dieweil die Wittwe mit dem Manne in GLEICHER GEWEHR gesessen, auch nach seinem Tode das Ius retentionis hat, also daß sie aus den Lehn-Gütern, vor Entrichtung ihrer weiblichen Gerechtigkeit, zu weichen nicht schuldig, und das Recht ihr obnedas, in der*

e) Conf. **GUIDO PAPA** *Decis DXXIV.* ubi adstruitur, **DOMINIVM DOTALITII**, pacto constituti, in uxorem **TRANSIRE**, etiam **SINE ACTUALI TRADITIONE**.

f) Repete uerba **SPECVLI SAXONICI** supra

§. IV. not. o. allegata: *Nach des Mannes Tode ist, daran IHR RECHT LEHN.*

g) Contentiunt **NICOLAVS CHRISTOPHORVS L.B. DE LYNCKER** *Responf. CXLV.*



der Gerade , Morgengabe und LEIBGEDINGE , die Succession giebt , daß sie also diese Stücke IVRE PROPRIO erlanget , so möchte wohl dafür gehalten werden , daß auch die Wittwe , alsbald nach Absterben ihres Mannes , diese Stücke selbst einzunehmen befugt ; damit aber disfalls zwischen der Wittwen und den Erben allerley Mißverstand verbüttet , so wollen wir daß die Wittwe , allererst nach den dreißigsten , obbenandte Stücke VOR SICH SELBST ZU NEHMEN , Macht haben solle , jedoch , wo solches OHNE DER ERBEN WISSEN geschähe , und sie hätte mehr , denn ihr zur Gerade und Morgengabe gebühret , genommen , so müßte sie , auf der Erben Erfordern , derowegen ein Inventarium vorlegen . Apparet omnino , in hac quæstione doaria exulare placita Romana , tum quae de usufructu exponunt , tum quae alias ius uiduae interuertere uideantur .

VI

SVCCEDAT alia species . Apprehensa praedii doarii possessione , uidua doario reditu fruitur . At heres , memor , ad se tandem , uiduae morte , reddituram rem doariam , metuit , ne

C

fortasse

a. i. ibique allegati MODESTINVS PI-
STORIS ET GEORGIVS SCHVLZIVS .
Ino ipse laudatus CARPZOVIVS , utur
alias usufructui Romano , in cauis doa-
riis , locum faciat , hoc in arguento ui-

dinae causam defendere cogitur , auctoritate Constitutionis Electorali , ad quam commentatur . Vid . Defin . For . P . III . Conf . XXXIII . Def . I .

b) Part . III . Conf . XXXIII .



fortasse interim qua parte diminuatur substantia. Vrget, sollicitat uiduam, ut CAVEAT, integrum et saluam fore rei doariae substantiam. Vidua morem non gerente, heres causam agit in foro. An juris auxilio? Qui dogmata Romana habent in promtu, his, nihil esse, uidetur, ut causam desperet heres. Paratum argumentum: Quicunque habet VSVMFRVCTVM, ille CAVTIONEM VSVERVCTVARIAM praestare tenetur. VIDVA DOARIA habet usumfructum. Cetera, quae sequantur, nosti. Hanc argumentationem multoties repetit Magnus CARPZOVIVS.ⁱ Nec sine colore. Prima propositio instruitur ex penulis, quae in definienda cautione usufructuaria occupantur. Altera munitur auctoritate. Verum, si uel inhaereas doctrinae Romanae, prima fallit in usufructu, quem LEX defert. PATREM enim, qui usumfructum peculii aduentitii regularis habet, auctore IVSTINIANO,^k paterna reuerentia excusat a cautionibus. Tum MARITVM, ex lege Saxonica usufructuarium bonorum uxorius, uxori satisfare, regulariter non cogi, agnoscit CARPZOVIVS.^j Deinde fallit in usufructu, qui constitutus FISCO. Hunc enim a cautione usufructuaria immu-

nem

ⁱ⁾ BENED. CARPZOVIVS Defin. for. P. II. Conf. XLII. Def. VII. Responf. Lib. VI. Resp. LV. n. 5. 11. Diff. de Primis. Feminis. Dcc. V. Pos. VIII. n. 9. Diff. de Asyllo. Debit. Cap. II. Pos. XLII. n. 144. Eius

auctoritatem sequitur GOTTL. GERH. TITIVS Iur. Prim. Lib. XI. Cap. XII. §. 16. ^{k)} L. VIII. §. 4. C. de bonis, que liberis. ^{l)} BENED. CARPZOVIVS Def. For. Part. II.



nem esse, legum argumentis, corroborant Doctores.^{m)} Quid si etiam fallat in DOARIA, quae suum usumfructum habet itidem ex PROVISIONE LEGIS,ⁿ⁾ ut pater, ut maritus. In altera uero propositione maxime uertitur rei cardo. Doaria uidua habet VSVMFRVCTVM, non uero, quod supra expostum, talem, quallem formant Romanae leges, et cui regulariter necessitas illa praestandi cautionem usufructuarium est annexa, sed meliorem et pinguiorem, nempe qui ex regulis DOMINII UTILIS aestimandus. At, a domino utili CAVTIONEM VSVMFRVCTVARIAM exigi, in regula negant iura. Negant exigi ab emphyteuta, a Vasallo, et a marito, intuitu dotis. Crederes, laudatum CARPZOVIVM, cum doariam cautioni usufructuariae obnoxiam fecit, immemorem fuisse suaे doctrinae, qua nunc, paria esse DOTALITII et DOTIS iura, ob naturam surrogationis, quae diuerstatem respuat,^{o)} nunc uero, nihil aliud DOTALITIO magis simile et affine excogitari posse, quam FEVDUM,^{p)} adstruit. Si DOTIS iura per omnia habeat doarium, VIDVA DOARIA cautionem usufructuarium declinabit aequo iure, quo MARITVS in dote. Si FEVD

C 2

simil-

Conf. X. Def. IX. n. 6.

m) Vid. 10. HENR. DE BERGER Econ. Tur.
Lib. II. Tit. III. §. 19. n. 8.

n) Repete Constitutionis Electoralis Saxonicae, supra §. V. not. b. allegatae, uerba:

Dieweil DAS RECHT abnedas der Wittwe
in dem Leibgedinge die Succession gibt.

o) BENED. CARPZOVIVS loco, supra §. IV.
not. m. allegato.

p) Vide locum §. IV. not. r. excitatum.



simillimum sit doarium, immunitas a cautione usufructuaria
VIDVÆ DOARIAE tribuenda est aequæ; ac VASALLO in
feudo. Et hanc quidem immunitatem doariae tribui, tum
Doctorum auctoritate et testimonio firmatur, tum usu fori.
Iam ante CARPZOVIVM testatus est ANDREAS RAVCHBÀ-
RVS, ⁹ quem supra laudaui, se non meminisse, quantumuis
subinde dotalitia constiuantur, a mulieribus cautionem usu-
fructuariam unquam, in hisce præsertim regionibus, exactam
et præstitam esse, quin potius uiduam, dotalitium habentem, ad
cautionis usufructuariae præstationem non obligari, a Curia
Prouinciali Vitembergensi, anno 1573, de iure responsum ac
pronunciatum fuisse. RAVCHBARVM sequitur SIMON VLRI-
CVS PISTORIS, qui Patris sui, HARTMANNI, contra uiduam
respondentis, obseruationi subscribit: *'Contrarium seruari,
QVOTIDIANA docet EXPERIENTIA.* Post hunc NICOLAVS
HENELIVS AB HENNENFELD, ⁵ IOANNES SCHILTERVS, ⁶
GEORGIVS BEYERVS, ⁷ LÜDERVS MENCKENIVS, ⁸ CHRI-

STO-

⁹) ANDR. RAVCHBARVS. *Inf. Quæst. Inv.*
Cin. et Sax. Quæst. XXX. n. 8. Hanc
RAVCHBARI doctrinam agnoscere de-
crebat BENED. CAREZOVIVS Part. II.
Conf. XLII. Def. VII. n. 1. *Eo tamen*
est; *at Vir magnus, se sententiae RAVCH-*
BARI, qui imminum a cautione faciat
uiduam, accedere, si uiduae pensiones certae
annuae ex bonis feudalibus præfentur, reli-
cta horum administratione heredibus feudal-
bus. Hoc uero perinde est, ac si nihil

concederet. *Quis enim, si compositus*
homo sit et fatus, cautionem usufructuariam
exiget a uidua, eius quidem rei
nomine, cuius substantia NON IN VI-
DVÆ, sed in ipsius HEREDIS, est ma-
nus, et quam hic ipse administrat, NON
VIDVA. Si pensiones annuae constitui-
antur uiduae, nihil est, quod REVERTAT-
UR, post eius mortem, ad mariti heredem.
Quis quereret, an de RESTITVENDA re-
falsa cauendum sit. *Tale doarium Galli*



STOPHORVS HENRICVS DE BERGER, ^w Illustris IOANNES
RVDOLPHVS ENGAU, ^x et Consultissimus GEORGIVS FRIDE-
RICVS DEINLINVS, ^y uiduae patrocinium suscepereunt, fori
usum suo testimonio probe munientes. Ex his uero nemo dis-
sentientibus, qua re fallantur, cordatus aperuit, quam corda-
tissimus GEORGIVS BEYERVS, qui, eos, ait, ^z deceptos esse ar-
gumento VSVSFRVCTVS ROMANI, cuius speciem esse, putarint,
DOTALITIVM.

VII

VT ADHVC uno exemplo constet, quam facile decipiat,
in hoc argumento, argumentum VSVSFRVCTVS ROMANI,
tertium accipe. Vidua fundo doario non modo fruitur, sed et-
iam rerum satagit, ut tum fructum augeat, tum mansionem
suam efficiat cultiorem amoenioremque. Hoc animo fundi fa-
ciem, uel hac, uel illa, parte, mutat. Etiam aedificium diruit,
hospitium melius sibi paratura. Mariti heres, ubi uidet, liberius
agere illam proprietatis suae aemulam, ringitur. Intercedit operi

C 3

nouo,

- uocant le Doctaire sans retour, de quo
nid. RENATVS CHOPPINVS de Moribus
Parif. Lib. II. Tit. II. §. 3.
r) SIMON VLRICVS PISTORIS in Addit.
ad HARTMANNI PISTORIS Observ. II.
s) NICOL. HENELIVS de Iure dotalitii Cap.
IX. §. 4.
t) 10. SCHILTERVS Exerc. ad Pand. XVII.
§. 22.
u) GEORG. BEYERVS Delin. Inv. Germ. Lib.
II. Cap. X. Pos. XX.
- v) LÜDERVS MENCKENIVS Syn. Pand. Lib.
KII. Tit. IX. §. 3. n. 5.
w) CHRIST. HENR. DE BERGER Select. Inv.
Dotal. Cap. §. 34.
x) 10. RVD. ENGAU Elem. Inv. Germ. Lib.
II. §. 91.
y) GEORG. FRID. DEINLINVS in Diff. de
Vidua Vafallii ab usfructuaria cautione, in-
stituta dotalitii immuni, an. 1735. in Aca-
demia Altorfina habita.
z) GEORG. BEYERVS Delin. Inv. Germ. Lib.
II. Cap. X. Pos. XXI.



nouo, et negat, posse uiduam immutare formam fundi pristinam. Nec sine lege. VLPIANI est auctoritas,^a usufructuarium nec aedificium ponere in fundo, excepto eo, quod ad fructum percipiendum sit necessarium; nec diaetas transformare, uel coniungere uel separare, uel aditus posticasque uertere, uel refugia aperire, uel atrium mutare, uel uiridaria in alium modum conuertere, nec altius tollere, sed QUALITATEM AEDIVM IMMUTATAM relinqu debere. NERATIVS negat,^b Usufructuarium, qui excolat aedificium, iure suo facere, quamuis MELIOREM DOMINI CAVSAM facturus esset, imo illum, ait, ne quidem aedificium inchoatum consummare posse, licet aliter eo loco uti non possit. Quae doctrina, si ad doariam accommodetur, bene instrueta uidebitur heredis causa. Sed accommodari posse, negabit quisque, qui diuersitatem VSUSFRVCTVS ROMANI, et eius iuris, quod habet DOARIA, perspexerit. UTILE DOMINIVM maiorem DOARIAE tribuit potestatem, quam quae tribuitur VSFRVCTVARIO, et talem quidem, quae ad potestatem VASSALI accedit. Hanc comparationem agnoscit Ius Prouinciale Saxonicum:^c Ein jeglich Mann mag sein Gebeu wohl bessern und

ergern

^{a)} VLPIANVS in L. XIII. §. 6. 7. D. de
Vsifunctu.

c) IUS PROV. SAX. Lib. II. Art. XXI.

^{b)} NERATIVS in L. XLIV. et LXI. item
VIII. D. de Vsifunctu.

d) IUS PROV. SAX. Lib. III. Art. XXXVIII.

e) Sic NICOL. EVERHARDVS Confil. CCXVII.



ergern auf seinen Lehn; also mag eine Frau auf ihrer Leibzucht auch wohl thun. Huc etiam pertinent uerba: *Das Weib erbet auch kein Gebeude auf ihren Erben, das auf ihren Leibgedinge stebet; sie reisse oder breche es denn abey ihren Leben, und setze es auf ihr eigen Gut oder Leben.* Patet, quid in diruendo uel mutando AEDIFICIO uiduae concedatur. Idem hoc, ut ad FVNDI ipsius mutationes extendatur, suadet paritas rationis. Extendunt etiam Doctores.^e Id tamen admittendum omnino est, nec aedificii, nec fundi, nouam formam ita fieri posse, ut RES DOARIA fiat DETERIOR. Deteriorem enim reddere nec Vasallus potest. Utique uero uidua sic mutare poterit, ut au-geatur tum fructus, tum domicilii sui opportunitas et amoeni-
tas, quamuis eo res ipsa uere melior non fiat, cum contra usu-
fructuarius, ex NERATII sententia,^f saltem TVEATVR, quod
accepit; et, si nouum faciat, non faciat iure suo, et ne quidem,
quod tamen regulis aequitatis aduersari, STRYKIO^g
uidetur, rem reddere possit MELIO^h.

R E M.



COROL.

n. 17. tradit, posse uiduam ex lacu ma-
gno terram arabilem facere. Vid. etiam
GEORG. BEVERVS Delin. Iur. Germ.
Lib. II. Cap. X. Pos. XXIII. et Illustr.
10. RVD. ENGAU Elem. Iur. Germ. Lib.

17. §. 90.
f) NERATIVS alleg. L. XLIV. D. de Vufst.
g) SAM. STRYKIVS Vs. Modern. Lib. VII.
Tit. 4. §. 6.



C O R O L L A R I A

I

DOITALITIUM differt a donatione propter nuptias. Aliud sentire uidetur GLOSSATOR Spec. Sax. ad Lib. I. Art. XX. uerbis: Die dritte Gabe heißt man Leibgeding, das ist donatio propter nuptias, Gabe um der Ehe willen.

II

CONFISCATIS mariti bonis, saluum manet dotalitium, uxori constitutum. Contrarium quondam, et remotioribus quidem seculis, in Francia obtinuit, sed meliorem sententiam se primum in usum inuexisse, et sic Senatus Consulto decidendum curasse anno 1532, gloriatitur CAROLVS MOLINAEVS, in notis ad §. X. Consuetud. Duc. Burgund. et ad §. IIII. Legis Munic. Antifissod. Antiquum Hungariae ius consuetudinarium, quod anno 1490, Regis VLADISLAI iussu, in latiniū idioma translatum, Part. I. Art. CIV. diserte habet: *Dotalitium uxoris, maleficio mariti, non amittitur.* Vid. RENATVS CHOPPINVS de Moribus Paris. Lib. II. Tit. II. §. 18.

III

VIDVA doaria, iterum nubendo, non amittit dotalitium, a priori marito, uel eius successoribus, constitutum. Hinc, fructus dotalitii, paraphernalium iure, secundo marito cedere, respondit Facultas Iuridica Vitembergensis apud IO. HENR. DE BERGER Respons. Part. I. Resp. XLVI. n. 1. Secus, si pacto expresse cautum, ut uidua dotalitium amittat, si, uiduitatis suae pertesa, thalamum iterum paret. Pacti exempla recensent IO. GOTTL. HEINECCIVS

ELEM. IUR. GERM. LIB. I. §. 252. et ibi allegatus GEORG. MELCH.

DE LVDOLFF, *de Iure Feminarum Illustrium,*
in Appendice.



155540


ULB Halle
005 433 053

3



KD 1P

R



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

Centimetres
Inches



I V S
V I D V A E D O A R I A E
A N S I T
M E R V S V S V S F R V C T V S
P R A E S I D E
ERNESTO MARTINO CHLADENIO D

IVRIS FEVDALIS PROFESSORE PUBLICO CVRIAEC
PROVINCIALIS ET FACVLTATIS IVRIDICAE
ASSESSORE

D. XVIII. MART. MDCCCL

P V E L I C E V E N T I L A B I T

CHRISTIANVS TRAVGOTT PAVLI
M A R G L I S S A - L V S A T V S



V I T E M B E R G A E
EX OFFICINA SCHLOMACHIANA